

Si dubitas, lege materiam, quam tractat abundè:

HVMANA INVITA QVAM NIHIL OMNIS HOMO

Amoris ergò faciebam

Joan-Ludovicus W^oolzogen,
Liber Baro, &c.

Aliud.

P Erpaucos sollers finxit Natura Poetas:

Quæ causa est? paucis turba novena favet.

Sunt equidem, nomen qui se meruisse Poeta,

Dum in numeros possunt cogere verba, putant:

Versifices hi sunt, vatis nec nomine digni:

Non quæ sit vatum gloria namq; sciunt.

Sed te cognitio rerum, vir doctè, Poetam,

Et natura facit; tum tua cura facit.

Hinc dignus merito es, dentur cui vatis honores:

Lauro cui cingat nexa corona caput.

Applaudant Phœbus Charitesq; novemq; Sorores:

Vt vati meritis contribuatur honos.

*Benevolentia causâ gratula-
bundus apponebat*

Andreas Kochtitzky Jun: Lib^o
Baro à Kochtitz, &c.

Aliud.

D Octi quod faciunt, amice, versu

Ornato, brevibus meis Phaleucis

Effectum dabo: Gratulor Poeta

Assumptum titulum, Tibi Tuisq;

Hic vergat Patria in decus, Tuisq;

Laudem; Apollineaq; disciplina

Augmentum, faveo, precórq; tantum est.

Carolus Schmidt à Freyhofen in
Cunstadt & Tonnhausen.